qui ex industria et diffinite male agit. Existimasti inique quod ero tui similis
existimasti. i. putasti me tibi similem. Dum te peccantem paciencia sustinui,
quia non statim puniui sed ad penitenciam te expectaui. Existimasti me si
milem tui peccata tua mihi placere putasti. Quidam enim ita peruersi sunt ut
putent deum aut sua ignorare peccata aut uisa statim indulgere. Intellegite
hec qui obliuiscimini dominum. Nequando rapiat. i. perrauit si mors ad eternam
dampnacionem. Et non sit qui eripiat. i. qui liberet de inferno. Sacri
ficium laudis honorificabit me. Sacrificium laudis est sinceritas diuine
confessionis et melodia spiritalis carminis. Que laus tunc dominum honorificat
si corde credas et opere impleas quod ore cantas. Et illic iter est quo ostendam
illi salutare dei. Christus gratias redemit genus humanum. Neque enim ullum mun
dus habebat meritum quo saluari posset nisi solius christi gratia saluaretur.
Dum ergo hoc fidelis quisque mente pertractat hinc meritum suum considerans
quo dampnari meretur inde gratiam dei qua liberatur. Hoc est iter quo
illi salutare dei ostenditur. Quia per hoc saluatorem suum recognoscit eumque
laudat et confitetur. Psalmus dauid inquit quando uenit ad eum natan
propheta. Nota istoria libri regum in quo dauid rex et propheta narratur
missise exercitum aduersum filios ammon. Ibi ergo omni populo bello accupato;
Cum ipse deambularet meridie in solario domus sue. Vidit mulierem se
ex aduerso lauantem, quam statim instinctu diaboli adamauit. Dormiensque
cum ea filium genuit. Ideoque missus est ad eum natan propheta qui eum ob huius
modi factum uerbis increpans redarguit inquiens: Tu fecisti peccatum istud occulte. Ego
autem faciam in conspectu solis huius et in conspectu totius israel. Tunc dauid uidens
publicatum delictum suum confusus est uehementer. Et ueraciter in corde penituit
dicens: Peccaui domino. ideoque ueniam meruit. Ad quam impetrandam hunc
psalmum cantauit. Sciendum autem quia hic natan ipse est et ionatas fili
us amasse fratris dauid. Sed adoptiuus frater dauid. Unde cum in libro regum filius sai